

1562 13. J. Aug.

Valachia

Et Episc. Sig. Aug. imp. Lipsia
397

Palatino Valachia.

Iteratam Palatini excusationem ob transitum ad-
mittit et gratam proficitur sibi esse auxilii adversus
Moscos oblationem; quod tamen cum hac au-
ni tempestate seruum existimet, promittit se significatu-
rum, si opus eo habeat anno sequenti, tum et cura-
turum, ut de ablatiis nuper tormentis inquisitio fi-
at.

Magnifice Domine Auice & Vicine sincere n. d.
De transitu S. Vestra per regnum nostrum in istas
ditiones, alias jam S. V. respondimus. Equidem stu-
dio publica tranquillitatis lenito animo ferendum
existimamus. Quod autem S. Vestra ejus rei memo-
riam se gratum esse testatur, deferendis nobis auxili-
is copiarum suarum adversus Moschorum Principem,
per gratum est nobis. Verum cum istas inclinet & au-
ri tempus succedat bello gerendo alienum, non vi-
demus hoc quidem tempore auxiliis S. V. aut indige-
re aut commode uti posse. Primo vere, si is opus
habuerimus, non dubitabimus ea advocare Ves-
stramque S. de eo mature per literas nostras cer-
torem facere, quam confidimus nobis non esse de-
fecturam. De bellis tormentis S. Vestra annos su-
periore in regno nostro interceptis difficile quicquam
hoc tempore consuetuere possumus. In illo enim
transitu S. Vestra cum omnia per tumultum a limi-
tariis nostris militibus gererentur, perdifficilis est re-
rum ablatarum investigatio, cum alter in alterum cul-
pam referat, omnes autem jus belli preterant et
eas consuetudines militares, quas S. Vestra non in-
quorat. Nos tamen de omnibus inquiri diligenter
jubebimus et quantum maxime poterimus S. Vo-

stra

Valachia.

seve gratificari fucebinus. Que bene valeat. Da:
tate 17. Augusti.